



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

VII. De his qui ad Ecclesias ab haereticis veniunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

## VI.

Quod hæretici non permittendi sint ingredi in domum, in hæresi permanentes.

## VII.

De his qui ab hæreticis conuertuntur, id est, Nouatianis, aut Photinianis, aut Tessaradecatitibus, siue baptizati sint illi, seu catechumeni, non ante suscipiantur, quam omnes hæreses anathematizent, & præcipue illam qua detinebantur. Et tunc demum hi, qui apud eos dicebantur fideles, nostræ doceantur fidei symbolum; & vncti sancto christi, sic mysteriis communicent sacrosanctis.

## VIII.

De his qui conuertuntur ab hæresi, quæ dicitur Cataphrygarum, & si in clero qui apud eos esse creditur, fuerint, & si maximi nominentur, hos sub omni diligentia ab Episcopis Ecclesiæ vel presbyteris instrui & baptizari conueniet.

## IX.

Quod non permittantur Ecclesiastici ad hæreticorum cœmeteria, vel ad ea quæ ab eis martyria appellantur, orationis causa vel sanitatis accedere: sed huiusmodi, si fideles fuerint, certo tempore communionem priuari: pœnitentes autem, & confitentes se deliquisse, conuenit suscipi.

## X.

Quod non oporteat indifferenter Ecclesiasticos fœdere nuptiarum hæreticis suos filios filiarumque coniungere.

## XI.

Quod non oporteat eas, quæ dicuntur presby-